COMMENTÁRIUS NUBECULÁTUS LATÍNE SCRIPTUS ➡ AN. XXXII FASC.1 ➡ www.elimagazines.com A2-B1

# Iúvenis®



© Getty images

AN. XXXII FASC.1 • Mensis Septémbris Octóbris 2010 • Imprimé á Taxe Réduite

Cinematéum

## Áquila IX Legiónis


6 Investigátio **Miley Cyrus et Jonas Brothers**

8 Macrocóllum **Histriónes**

12 Dies festus! **Épulum Iovis**

# Aliud exémplum




* **GLOSSÁRIUM** **pernótus:** valde notus.

© dargaud

Contra legem est paginas huius fasciculil sine licentia photomultiplicare

# SALVÉTE OMNES!



**Salvéte omnes!**
**Salvéte amíci! Estísne paráti hunc novum annum nobíscum incoháre? Multae res novae et iucúndae vos exspéctant! Bonum annum vobis optámus, et… bonam lectiónem!**

Gaius

www.elimagazines.com info@elimagazines.com

# SUMMÁRIUM


Cinematéum **Áquila IX legiónis** 4
Família Clacson **Clacson grex** 5
Investigátio **Miley Cyrus et Jonas Brothers** 6
Macrocóllum **Histriónes** 8
Commércium epistuláre **De música** 10
Propósita biológica **Schola… regyráta** 11
Dies festus! **Épulum Iovis** 12
**Quo ludo ludémus?** 14
Imágines et verba **Ars cinematográphica** 16


# NUNTII

## Música ex enérgia solári

In Névada rem singulárem* audíre licet: músicam sole factam! In magno campo pósitae sunt 20 capsae* acústicae. In síngulis pósita est tábula soláris. Sic per totum diem in campo audítur música soláris: lux varians* divérsos sonos gignit.



### * GLOSSÁRIUM

**singuláris:** únicus et mirus.
**capsa:** theca.
**variáre:** alium et alium fieri.

## Deus Sol

Antíqui solem colébant ut deum. Cui sínguli pópuli proprium nomen dabant. Coniúnge vocábula.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | ☐ Râ | a. Syria |
| 2. | ☐ Apóllo | b. Graecia |
| 3. | ☐ Mithras | c. Aegyptus |

*Solutiónes sunt página 15.*



**Salve! Mihi nomen est grammática. Hoc mense discis:**
- coniunctiónem "cum"
- usum casuum
- is, ea, id



# Áquila IX legiónis

Ecce nova pellícula de Roma antíqua.
Títulus est **The Eagle of the Ninth**.
Actóres sunt Channing Tatum, Jamie Bell et Donald Sutherland.

**Arguméntum**
Anno 140 p.Chr.n.,* IX legio mirum in modum evanéscit in Scotiae móntibus. Iúvenis centúrio Marcus Áquila aenígma vult sólvere. Vult etiam serváre famam patris, qui legióni práeerat.* Solo comitánte Británno servo Esca, Marcus murum Hadriáni transit et in Caledónia quaerit áquilam, legiónis vexíllum.

**Legiónis áquila**
Áquila erat legiónis insígne,* quod mílites pie colébant. Áquila in sacrário* servabátur. Eam pérdere erat nefas: nam si quis áquilam perdébat, legiónem dissolvébat.

**IN PROELIO**

In proelio quis áquilam gerébat?
Útere códice secréto et ínveni.

❁❍✧☼●☼☺⌘★

_ _ _ _ _ _ _ _ _

| | |
|---|---|
| A = ❁ | L = ● |
| E = ⌘ | Q = ❍ |
| F = ☺ | R = ★ |
| I = ☼ | U = ✧ |

*Solútio est página 15.*

*** GLOSSÁRIUM**

**p.Chr.n.:** post Christum natum.
**práeesse:** gubernáre.
**insígne:** signum, vexíllum.
**sacrárium:** locus in quo servántur res sacrae.

Família CLACSON

# Clacson grex




Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Iúvenes totíus orbis terrárum hos cantóres plúrimum amant. Qua de causa?

Eius verum nomen est Destiny Hope, quod signíficat "fatum spei". Miley autem óritur e vocábulo *Smiley*, id est "risus". Sic vocáta est a paréntibus, quia cum esset puélla semper ridébat. Eius pater est clarus cantor Billy Ray Cyrus; ipse eam docuit músicam.

**Multum labóris...**
Miley 9 annos nata erat, cum cantáre coépit. Primam pellículam participávit cum esset 11 annos nata. Anno 2006 ingéntem succéssum habuit pellícula *Hanna Montana*. Anno 2009 Miley fuit in pellícula *The last Song*: íterum succéssus ingens! Miley, cum multum labóret, saepe longe abest a família. Eius mater conátur quidem eam sequi, sed quattuor alios líberos habet curándos.



# Miley Cyrus et

## Senténtia

In spectáculo erráre non licet. Si erravísti, opórtet errórem superáre* et spectáculum pérgere.

Miley Cyrus

## Céteros iuváre

**Miley** labórat cum consociatióne *Youth Source America*, quae páuperes studéntes iuvat.

**Nick Jonas**, qui labórat* diabéta mellíto, consociatiónem cóndidit *Change for the Children*, quae iúvenes diabéticos iuvat.

Grammática: coniúnctio "cum", usus casuum, is, ea, id

### * GLOSSÁRIUM

**conscríbere:** scríbere.
**superáre:** víncere.
**pilamálleus:** ludus in cáespite cum parva pila et malleo.
**Nova Caesárea:** New Jersey
**laboráre + abl.:** incómmodum pati.



# Jonas Brothers

Tres fratres Nick, Kevin et Joe Jonas hodie sunt grex músicus ab adulescéntibus Americánis et Europáeis máxime amátus. Socíetas Disney eos elégit, qui pelliculárum músicam conscríberent,* exémpli gratia *Hanna Montana*. Unde óritur eórum succéssus? Ex eórum arte, certe, sed etiam ex eórum amicítia. Nam inter se sunt arte coniúncti; ítaque vis eórum est concórdia.

## Quid putas?

Amásne Miley Cyrus et Jonas Brothers? Cur?

.............................................................................

.............................................................................

.............................................................................

Putásne eórum succéssum esse verum an commerciálem?

.............................................................................

.............................................................................

.............................................................................

Possúntne tales hómines vitam commúnem vívere?

.............................................................................

.............................................................................

.............................................................................

## Scitu dignum

**Nick Jonas**
"Mihi placet pilamálleus,* quia est ludus subtílis et inde fit relaxátio."

**Joe Jonas**
"In civitáte Nova Caesárea* offícium meum est infántes custodíre. Sed nemo mihi credit."

**Kevin Jonas**
"Athlética mihi placet, at non certámina."

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



# histriónes

**In theátro Románo, sicut in theátro Graeco, histriónes cum recitábant induébant persónam.**

Persónis obscúris fingebántur viri, claris mulíeres. Fabricabántur sive e ligno, sive e tela. Ánimi afféctus veheménter ostendebántur, ut spectatóres eos e longínquo vidére possent. Os erat latíssimum, ut vox actóris dilúcide audirétur. In cápite ponébant capillaméntum. Sínguli actóres complúres partes agébant et persónam inter spectáculum mutábant.



**Suam quisque habébat vestem.**
**Coniúnge vocábula.**

1. [ ] túnica brevis
2. [ ] túnica flava
3. [ ] túnica rubra
4. [ ] túnica purpúrea

a. dives
b. servus
c. méretrix
d. pauper



Salve,

Nomen meum est Lucia; 11 annos nata sum. Ad te scribo quia mihi est difficúltas quaedam.
Mox schola íterum incohábitur, et eódem témpore lectiónes clavílis.*
Clavíle mihi multum placet; eo iam diu* cano. Sed… toti dies pleni erunt pensis et modis músicis!
Hoc anno lectiónes clavílis interrúmpere cupívi. At mater non vult: dicit artem meam esse coléndam.
Sed ego maiórem libertátem cupio, ut cum amícis ambuláre liceat.

Lucia

Cara Lucia,

Multi iúvenes dolent quod paréntes eos cogunt alias res ágere praeter scholam. Tu tamen es magis fortunáta:* clavíle enim amas et ínsuper excéllis. Mater tua recte dicit: noli instruméntum tuum relínquere! Fortásse potes tempus músicae datum páululum minúere,* aut horas mutáre. Sic póteris pensa fácere et amícos vidére. Óptime vale!

Iúvenis redáctio

### * GLOSSÁRIUM

**clavíle:** instruméntum músicum.
**iam diu:** ex multo témpore.
**fortunátus:** felix.
**minúere:** minórem fácere.

# Schola...

# regyráta*

In óppido Pato Branco,
in Brasília, est schola vere singuláris!

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



Discípuli, cum chartam papyráceam cólligunt, varia génera distínguunt. Et tu? Scisne hoc? Signa species, quae regyrári possunt.

1. acta diúrna
2. charta absórbens
3. periódica
4. folia codicillórum
5. libélli doctrináles
6. sácculi
7. photocópiae
8. charta plastificáta
9. taenia adhaesíva

*Solutiónes sunt página 15.*

In hac schola omnes magístri habent varia instruménta. Discípuli gerunt vestiménta cómmoda et bona digitábula.* Omnes scholam sine libris et sine codicíllis* petunt. Qua de causa? Simplicíssimum: magístri et discípuli has res ipsi confíciunt.

Bis in septimána urbem perámbulant matérias quaeréntes: ferrum, vitrum, plásticum, chartam papyráceam. Artifícium exércent in Brasília pernótum: fuscicco. Id est: ex pannis confíciunt vestes, pétasos,* ornaménta, saccos. Vocábulum fuscicco signíficat "garrítus" quia dum labórant, garriunt.*

## * GLOSSÁRIUM

**regyráre:** íterum uti.
**digitábula:** digitórum teguménta.
**codicíllus:** libéllus in quo discípulus scribit.
**pétasus:** cápitis teguméntum.
**garríre:** inter se multum loqui.




# Épulum Iovis

*Iter incohámus per festa Romána. Ecce primum épulum Iovis, quod Ídibus Septémbribus et Novémbribus celebrabátur in honórem Iovis.*

Hae épulae sacrae commemorábant conditiónem templi Iovis in Capitólio. Septémviri epulónes épulum, id est épulas sacras, instituébant. Dei etiam ad festum invitabántur: eórum statuae ponebántur in sumptuósis lectis móllibus pulvináribus* ornátis. Hi lecti in triclínio occupábant locum máxime honoríficum. Eis offerebántur sapidíssima fércula,* quae ipsi epulónes edébant.



*** GLOSSÁRIUM**

**pulvínar:** pulvínus deis destinátus.
**férculum:** cibus.

## A Épulae sacrae

Quómodo vocabántur? Comple crucivérbium et lege hoc nomen.




1. Locus ubi Románi cenant.
2. Celebrátio.
3. Mons Iovis.
4. Vocáre ad cenam.
5. Dies épuli.
6. Non ipsi dei adsunt, sed eórum…
7. Númerus epulónum.
8. A Marte amáta.
9. Nuntius deórum.
10. Septem dies.
11. Deórum regína.
12. Pulvínus deis destinátus.

## B. Septémviri epulónes

Comple senténtias.

AUGURES HONORUM SEPTEM COLLEGIIS EPULA

Septémviri epulónes erant unum e quattuor magnis ______ religiósis.
Alia collégia erant pontífices, ______ et quindecímviri sacris faciúndis.
Collégium constábat e ______ viris qui ______ et ludos instituébant.
Collégium etiam pertinébat ad cursum ______

## C. Livius dicit primum épulum factum esse anno 399 a.Chr.n., cum libri sibyllíni de peste interrogáti sunt. Hac occasióne…

**Comple recta senténtia.**

1. Lecti dati sunt binis deis, qui sunt:
a. Apóllo et Latóna, Hércules et Diána, Mercúrius et Neptúnus.
b. Vulcánus et Aesculápius, Iúppiter et Iuno, Mars et Venus.

2. Festum longum fuit:
a. unum mensem.
b. unam septimánam.

3. Captívi et debitóres:
a. liberáti sunt.
b. in exsílium missi sunt.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



## Pone rectum casum.

1. Destiny Hope a parén _______ vocáta est Miley.
2. Eius mater quattuor alios líberos habet curánd_______
3. Jonas Brothers sunt grex músicus ab adulescéntibus Americán _______ máxime amátus.
4. Miley mult _______ pellícul _______ iam participávit.
5. Cantóres vix possunt vitam commún _______ vívere.
6. Pecúni _______ sua saepe páuperes iuvant.

## In scaena

**Comple senténtias.**

1. In theátro Románo actor vocátur _______
2. Instruméntum quo faciem tegunt est _______
3. _______ in cápite gerunt.
4. Is qui fábulam partícipat in scaena dícitur _______ ágere".
5. Finíta comóedia, actóres dicunt: "_______ date".
6. In scaena túnicam _______ gerit servus.

## Verum an falsum?

| | V | F |
|---|---|---|
| 1. Épulum Iovis fit Kaléndis Septémbribus. | | |
| 2. Dei ipsi épulum participáre solébant. | | |
| 3. Triclínium est oecus ubi cena habétur. | | |
| 4. Pulvínar est pulvínus sacer. | | |
| 5. Epulónes erant novem. | | |
| 6. Lectistérnium est cena deis obláta. | | |

*Solutiónes sunt página 15.*

SUBNOTATIÓNES ET QUAMVIS REM postuláre póteris a domo editória quae in natióne tua ménstruos linguárum commentariólos dispértit. Inscriptiónem autem cursuálem iuxta invénies.

## Domus Editoriae - ELI Distributores

**AUSTRALIA** - PEARSON AUSTRALIA
20 Thackray, Road *Port Melbourne* Vic 3207 Tel. 61 (03) 92457111 Fax 61 (03) 92457333
Website: www.pearson.com.au Email: schools@pearson.com.au
**AUSTRIA** - ERNST INGOLD + CO AG
Hintergasse 16 Postfach, 3360 *Herzogenbuchsee* , SwitzeÅrland Tel. +41 (0)62 956 44 44
Fax +41 (0)62 956 44 54 Email: info@ingoldag.ch Website: www.ingoldag.ch
**BELGIUM** - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA
Postbus 860, 3800 AW *Amersfoort*, The Netherlands Tel. +31 (033) 463 72 61
Fax +31 (033) 463 75 87 Email:info@merlijnonline.com Website: www.merlijnonline.com
**BULGARIA** - OKSINIA EDUCATIONAL CENTRE
Mladost 3, bl 304, vh.3, office 4, 1712 Sofia, Tel 00359 2 8762221
Email: languageuserbg@gmail.com Website: www.languageuser-bg.com
**CANADA** - THE RESOURCE CENTRE
P.O. Box 190, *Waterloo*, Ontario N2J 3Z9, Tel. +1 (519) 885 0826 Fax. +1 (519) 747 5629
Email: resourcecentre@sympatico.ca
**CROATIA** - VBZ d.o.o.
Goranska 12, 10010 *Zagreb* Tel. +385 (01) 6235 419 ext. 118 Fax +385 (01) 6235 419
E-mail: tanja.krizanec@vbz.hr Website: www.vbz.hr
**CYPRUS** - GM PUBLICATIONS
Kleomidous 2, 10443 *Athens*, Greece Tel. + 30 (210) 5150 201-2 Fax + 30 (210) 5143 383
Email: gmflbook@otenet.gr Website: www.elicyprus.synthasite.com
**DENMARK** - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43 Porskaervej 15, Nim 8700 *Horsen* Tel. +45 (75) 671 119 Fax +45 (75) 671 074
Email: alokke@get2net.dk Website: www.alokke.dk
**EIRE** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, *Cheltenham* GL51 9PQ, UK Tel. +44 (01242) 245252
Fax +44 (01242) 224137 Email: direct@esb.co.uk Website: www.esb.co.uk
**FRANCE** - EDITIONS DU COLLEGE
26110 *Vinsobres* Tel./Fax + 33 (04) 75 27 01 11 Email: contact@editions-du-college.fr
Website: www.editions-du-college.fr
**F.Y.R.O.M.** - T.P. ALBATROS
Bul. III Makedonska Brigada 23/11, 91000 *Skopje* Tel./Fax +389 (02) 2463 849
Email: kasovskib@yahoo.com
**GERMANY** - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB
Leipziger Straße 24, 60487 Frankfurt/Main Tel. + 49 (0)69 779223 Fax + 49 (0)69 773054
E-mail: zambon@zambon.net
**GREECE** - GM PUBLICATIONS
Kleomidous 2, 10443 *Athens* Tel. + 30 (210) 5150 201-2 Fax + 30 (210) 5143 383
Email: gmflbook@otenet.gr Website: www.gm-books.com
**HONG KONG** - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE
27-E Shield Industrial Centre, 84 Chai Wan Kok Street Tsuen Wan , *Hong Kong*
Tel. +852 24135322 Website: www.transglobalpsl.com
**HUNGARY** - LIBRO-TRADE Kft
Pesti Ut. 237, 1173 *Budapest* Tel. + 36 (01) 254 0254 / 254 0274 Fax + 36 (01) 254 0260 / 255 7777
Email: periodicals@librotrade.hu Website: www.librotrade.hu
**ICELAND / FAER ØER** - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43 Porskaervej 15, Nim 8700 *Horsen* Tel. +45 (75) 671 119 Fax +45 (75) 671 074
Email: alokke@get2net.dk Website: www.alokke.dk
**ISRAEL** - ALNUR FOR PEDAGOGY
P.O.Box 100, *Daliat el-Carmel* 30056 Tel. +972 (04) 8390426 Fax +972 (04) 8391150
Email: nur@barak.net.il
**ITALIA** - ELI srl, C.P. 6, 62019 Recanati, Tel. (071) 750701, Fax (071) 977851, E-mail: info@elionline.com - www.elionline.com Direttore responsabile: Lamberto Pigini. Realizzazione testi: Guy Licoppe. Autorizzazione Trib. di Macerata N. 223 del 4 luglio 1984. Realizzazione: Tecnostampa, Loreto © ELI Italy 2010
**LIECHTENSTEIN** - ERNST INGOLD + CO AG
Hintergasse 16 Postfach, 3360 *Herzogenbuchsee*, Switzerland Tel. +41 (062) 956 44 44
Fax +41 (062) 956 44 54 Email: info@ingoldag.ch Website: www.ingoldag.ch
**LUXEMBOURG** - ERNST INGOLD + CO AG
Hintergasse 16 Postfach, 3360 *Herzogenbuchsee*, Switzerland Tel. +41 (062) 956 44 44
Fax +41 (062) 956 44 54 Email: info@ingoldag.ch Website: www.ingoldag.ch
**MALTA** - SIERRA BOOK DISTRIBUTORS
Triq Misrah il-Barrieri , Sta Venera SVR 1752 Tel. +356 (21) 378576 / 27378576
Fax +356 (21) 373785 Email: info@sierra-books.com matt@sierra-books.com
Website: www.sierra-books.com
**NETHERLANDS** - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA
Postbus 860, 3800 AW *Amersfoort* Tel. +31 (033) 463 72 61 Fax +31 (033) 463 75 87
Email:info@merlijnonline.com Website: www.merlijnonline.com
**NORWAY** - Korinor
Jørnsløkkvn 14, 0687 OSLO Tel : +47 22 65 71 24 Fax : +47 22 65 78 25
Email : skoleavdelingen@korinor.no Website: www.korinor.no
**POLAND** - Atelier ET TOI - F.H.U. ET TOI
30-433 Kraków, Ul. Horaka 1, Poland tel. +48 695 593 454 fax. +48 12 396 58 67
Website : www.ettoi.pl Email : info@ettoi.pl
Agencja Subskrypcyjna GEA, Plac Orlat Lwowskich 5, Skr poczt 1238, 50986 Wroclaw 44
Tel/Fax: 071-3593772 e-mail: gea@gea.pl Boguslaw.niemczyk@gea.pl Website: www.gea.pl
**PORTUGAL** - EDI9 – Inovação Editorial
Travessa do Miradouro,n°6 A r/c, Quinta Grande, 2610-144 Alfragide Tel. 21 6064667 / 936186458
e-mail: comercial@edi9.com
**RUSSIA** - ZAO EVROKNIGA
4 Volgogradski, , 109316 MOSCOW Tel. +7 (09) 59564133 Fax +7 (09) 59564136
Email: info@evrokniga.ru Website: www.evrokniga.ru
**SERBIA** - PLANETA ASISTENCIONI SERVIS
Mutapova 53-55, 11000 *Belgrad* Tel. +381 (011) 3862953 Fax +381 (011) 2453594
Email: elicentar@eunet.yu
**SLOVENIA** - MLADINSKA KNJIGA TRGOVINA
Slovenska Cesta 29, 1000 *Ljubljana* Tel. +386 (40) 717 238 / (01) 360 3786
Fax + 386 (01) 360 3787 Email: lean23@gmail.com Website: www.mk-trgovina.si
**SOUTH AFRICA** - INTERNATIONAL JOURNALS
P.O.Box 46171, Orange Grove 2119, *Johannesburg* Tel. (011) 485 5650
Fax (011) 485 4765 Email: ijournals@netactive.co.za
**SPAIN** - EDITORIAL STANLEY
Calle Mendelu, 15, 20280 *Hondarribia* Tel. +34 (943) 640 412 Fax + 34 (943) 643 863
E-mail: editorial@stanleyformacion.com Website: www.stanleyformacion.com
**SWEDEN** - BETA PEDAGOG AB
Box 58, 430 17 *Skillinge* Tel. +46 (0340) 35505 Fax +46 (0340) 35481
Email: info@beta-pedagog.se Website: www.beta-pedagog.se
**SWITZERLAND** - ERNST INGOLD + CO AG
Hintergasse 16 Postfach, 3360 *Herzogenbuchsee* Tel. +41 (0)62 956 44 44
Fax +41 (0)62 956 44 54 Email: info@ingoldag.ch Website: www.ingoldag.ch
**TAIWAN** - SUNNY PUBLISHING CO.
5F-4, NO.70, Sec 2, Rooselt Rd, Taipei City, Taiwan (R.O.C), Tel: 886-2-2358-7931
FAX: 886-2-2358-7930. Email: sunny.publish@msa.hinet.net Website: www.sunnypublish.com.tw
**TURKEY** - IBER DIS TICARET LTD STI
Bagdat Cad. No. 193/8, Selamiesme Kadiky, *Istanbul* Tel. + 90 (0216) 368 4250 / (0216) 476 1161
Fax +90 (0216) 368 5568 Email: mail.iber@gmail.com banukocas@hotmail.com
Website: www.eli-iber.com
**UK** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, *Cheltenham* GL51 9PQ Tel. +44 (01242) 245252
Fax +44 (01242) 224137 Email: direct@esb.co.uk Website: www.esb.co.uk
**USA** - MIDWEST EUROPEAN PUBLICATIONS INC. (School Division)
8124 N Ridgeway , *Skokie*, IL 60076 Tel. +1 (847) 676 1596 X 109 Fax. +1 (847) 676 1195
Website: http://www.mep-inc.net/
CONTINENTAL BOOK CO.
6425 Washington St, 7, *Denver*, CO 80229 Tel: (303) 289 1761
Fax: 800 279 1764 Email: cbc@continentalbook.com Website: www.continentalbook.com
FOREIGN LANGUAGE STORE
1230 W Washington Blvd. Suite 202, Chicago, IL 60607 Phone: (312)238 9629 or (866)805 1249
Fax: (312)235 1064 Email: sales@foreignlanguagestore.com
Website: www.foreignlanguagestore.com
**Other countries:**
ELI Srl International Department
P.O. Box 6, 62019 - Recanati , Italy Tel. +39 (071) 750701
Fax +39 (071) 977851 - 976801 Email: international@elionline.com

© ELI Italy 2009

HAUD PERMÍSSA OMNÍNO HUIUS LIBÉLLI VETÁTUR CONDUPLICÁTIO QUÓLIBET INSTRUMÉNTO FACTA, ÉTIAM PHOTOTRANSCRIPTÍCIA RATIÓNE, QUAMVIS AD USUM SCHOLÁSTICUM PRIVATÚMVE PERTÍNEAT.
PHOTOGRAPHÉMATA: QUOD AD DUPLICATIÓNIS IURA PÉRTINET ÉDITOR PROFITÉTUR SE ESSE PROMPTUM ILLARUM IMÁGINUM, QUARUM FONTES REPERÍRE NON LÍCUIT, IURA REPÉNDERE.

| gradus initiális | primus grdus | secúndus gradus | tértius gradus | quartus gradus | quintus gradus |
|---|---|---|---|---|---|

### English



### Français



### Deutsch



### Español



### Italiano



### Linguā Latinā



### РУССКИЙ ЯЗЫК



**SOLUTIŌNES: P. 3:** 1.c, 2.b, 3.a. **P. 4:** aquilifer. **P. 8-9:** 1.b, 2.c, 3.d, 4.a.
**P. 11:** acta diŭrna, periŏdica, folia codicillōrum, libĕlli doctrināles, sācculi, photocŏpiae.
**P. 12-13: A:** 1 triclinium, 2 festum, 3 Capitōlium, 4 invitāre, 5 Idus, 6 statuae, 7 septem, 8 Venus, 9 Mercŭrius, 10 septimāna, 11 Iuno, 12 pulvinar: lectistérnia;
**B:** collēgiis, āugures, septem, ĕpula, honōrum, **C:** 1.a, 2.b, 3.a.
**P. 14:** Pone rectum casum: parĕntibus, curāndos, Americānis, multas pellicŭlas, commūnem, pecūnia; Comple sententias: histrio, persōna, capillāmentum, partes, plausum, brevem;
Verum an falsum: 1. falsum, 2. falsum, 3. verum, 4. verum, 5. falsum, 6. verum.

IMÁGINES ET VERBA

# Ars cinematográphica



cámera cinematográphica



megaphónum



pellícula




discus visíficus



sella




téssera



spectátor




signum inítii

Iúvenis Fasc.7 - 2010 - Poste Italiane S.P.A. - Sped. in abb. post. - D.L. 353/2003 (Conv. in L. 27/02/2004 n. 46) Art. 1, comma 1, DCB - Ancona - Tassa Riscossa/Taxe Perçue